



Nobilissime Vir,

QUAS ad me dare dignatus
es literas, cum luculento
munere literario, accepi.
Nec passa est, quid de novo isthuc
argumento docta manus traderet,
sciendi cupiditas, ut non protinus
sedulâ operis tui lectione animum
explerem. De Organorum in
templis usu acturus, prudenter in-
ter Ecclesiasticum & profanum
discernis. Hunc, etsi in sacro loco
quin & sacrorum tempore usurpa-
tum meritò damnas, quia finis
non est sacer, à quo solo res adia-
phoræ sacrantur. Illum, qui cultui

D 2 or-

ornando, juvando , promovendo
facit, multis magnisque argumen-
tis commendas ac firmas, iisdem
fermè quibus nos paucis abhinc
annis, postulante id nostro Magi-
stratu , Organorum usum in can-
tum sacrum admisimus. nec est
cur hactenus facti pœniteat. In iicis
alia quædam, tum Liturgiam spe-
ctantia, tum conciones, publicas-
que que sequuntur preces attinen-
tia, quæ non injuria redarguis. In
stilo passim est ἀνόητος, est & ubi
ψευδεῖ se exerit μητρος tamen & ἀνθρώποις.
ubique puritas triumphat
sermonis. Sic ut lingua nostra ha-
beat, curse & puriorē & cultio-
rem & locupletiorem à te factam
glorietur. Oblectavit etiam non
parum, quod sitis sterile per se &
parum splendidum argumentum,
utili-

utilibus suavibusque , ex optimis
 Latinis Græcisque authoribus tum
~~μῶμοις~~, tum ~~τελεοχαῖς~~ ita exornave-
 ris, ut neque sordere illud, neque
 tedium obrepere lectori siveris.
 Eâ autem agis ubique, quod ma-
 gnoperè laudo, humanitate & can-
 dore, ut si quis fortè aliter de hoc
 argumento sentiat, non nisi be-
 nignè de te possit judicare : & si-
 quid cupiat regerere, debeat mo-
 destè, ni ~~εργάσιας~~ crimen incurrere
 amet. quod in neminem cadet qui
 didicerit , sapientiam quæ ~~αὐτός~~
 est , esse ~~εἰρηνικών~~, ~~παρθένων~~, ~~καὶ οὐδὲν αἰτία γέγονον~~.
 Gratias ago , Vir maxime, quod
 rebus civilibus immersus, Ecclesiæ
 etiam curâ tangeris , & de cere-
 moniis nostris statuis , quod ex
 usu futurum censeo. Ita laudi ti-
 bi sit hic tuus labor, ut nos te hoc

D 3 nomi-

nomine amamus, Deumque pre-
camur, ut te porrò Rebuspublicis
civili & literariæ, sospitem diu
atque in columem conservet.

Quod vovet

Amplitud. Tuæ

devotissimus

L V D. DE D I E U.

Lugd. Bat. II. Mart.

A° cI C I C X L I .

M o n-

CI